

BOLETIN ECLESIASTICO DE FILIPINAS

ORGANO OFICIAL INTERDIOCESANO EDITADO MENSUALMENTE
POR LA UNIVERSIDAD DE SANTO TOMAS, MANILA, FILIPINAS.

Registrado como correspondencia de 2ª clase el 21 de Junio de 1946.

R. P. JESUS M. MERINO, O.P.
Director-Administrador

R. P. FLORENCIO TESTERA, O.P.

R. P. ANGEL ROBEZO, O.P.

Dirección Postal: Universidad de Sto. Tomás — España, Manila, Filipinas

Vol. XXXII—No. 364

Octubre, 1958

Año XXXVI

INTERRUPCION

Observarán nuestros lectores que interrumpimos la publicación de los documentos que traíamos entre manos de la Santa Sede para proceder a la publicación de la Enciclica sobre la persecución china. Lo hacemos a petición de las autoridades competentes.

Es que es absolutamente necesario y urgente recordar que no hay otro Pastor de la Iglesia sino es el Vicario de Jesucristo, el Romano Pontífice.

Es que urge el sentir y el vivir que la Iglesia "no es de este mundo." Y que por tanto la tierra que llevamos en la sangre no tiene derecho alguno en la potestad celestial que solo se comunica por MANDATO DIVINO.

Y sobre todo es tiempo ya de que educandos y educadores del clero cierren sus oídos a megalomanías, más o menos justificables en lo humano, pero cismáticas en lo divino, para oír pura la voz del Supremo Pastor: NON VOS ME ELEGISTIS; SED EGO ELEGI VOS ET POSUI VOS.

SECCION OFICIAL

SANTA SEDE

Epistola Encíclica al Episcopado, al Clero y Fieles de China en la Angustia de la Presente Persecución

VENERABILIBUS FRATRIBUS
AC DILECTIS FILIIS
ARCHIEPISCOPIIS EPISCOPIIS
ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS
CETEROQUE CLERO
AC POPULO Sinarum
PACEM ET COMMUNIONEM
CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS

PIUS PP. XII

VENERABILES FRATRES
AC DILECTI FILII
SALUTEM
ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Recuerda el Santo Padre la consagración del primer grupo de Obispos chinos por Pio XI y la erección de la Jerarquía Católica en China por el mismo Pio XII.

The Holy Father recalls the consecration of the first group of Chinese bishops by Pius XI, and the constitution of the Hierarchy in China by Pius XII.

Ad Apostolorum Principis sepulchrum, in Vaticanae Basilicae maiestate, proximus Decessor Noster imm. mem. Pius XI, duobus et triginta abhinc annis, ut probe nostis, "Sinensis Episcopatus flores... et germina novella" (A.A.S., XVIII, 1926, pag. 432) rite consecravit et ad sacerdotii plenitudinem evexit; eoque sollemni horae momento paterno ex animo haec edidit verba: "Venistis quidem, Venerabiles Fratres, *videre Petrum*, immo etiam ab eo pedum accepistis, quo ad apostolica obeunda itinera ad ovesque congregandas uteremini. Petrus autem est vos peramanter amplexus, qui evangelicae veritatis apud cives vestros proferendae spem facitis non exiguum" (*Ibid.*).

Huius alloquii recordatio Nostrum hodie animum subit, Venerabiles Fratres et dilecti filii; hodie dicimus, cum Catholica Ecclesia in patria vestra afflictis utitur condicionibus. Magni illius Decessoris Nostri spes certe haud irrita fuit, neque incassum cecidit; quandoquidem nova Sacrorum Pastorum et Evangelii praeconum agmina primo illi Episcoporum mani-

pulo adiuncta sunt, quos Petrus, in Sucessore suo vivens, ad lectissimos illos Dei greges pascendos miserat; novaque religionis opera et incepta, quamvis non paucae obstarent difficultates, apud vos floruerunt. Nos autem, cum subinde non sine magno gaudio ecclesiasticam hierarchiam in Sinis constituimus, spem illam participavimus et adauximus, atque ampliora vidimus aperiri itinera divino Iesu Christi Regno propagando.

Surge luego la tempestad que aleja de China a una multitud de misioneros, Obispos y al mismo Nuncio Apostólico. Este es el motivo de la Enc. "Cupimus in Primis" de 1952, en la que pone de manifiesto que la Iglesia no es extraña a ningún pueblo, y que los misioneros son agentes, no de un poder extraño, sino del Reino de Dios que es de todos y por tanto de China.

The present storm starts, and many missionaries, bishops, and the Apostolic Nuncio himself are compelled to leave China. This is the occasion for the Enc. "Cupimus in primis" of 1952, in which the Holy Father declares that the Church is not foreign to any nation, and that the missionaries are not agents of a foreign power, but on the contrary ministers of the Kingdom of God proper to every country and then to China.

Sed, pro dolor, paucos post annos, procellosis nubibus coelum obscuratum est; vestrisque christianorum communitatibus, quorum nonnullae iam antiquitus florebant, tristitia inciderunt tempora dolorumque plena. Missionales, in quibus erant Archiepiscopi et Episcopi multi apostolico studio praestantes, itemque Internuntium Nostrum vidimus e Sinarum terra abire coactos; sacros Antistites, sacerdotes, religiosos religiosasque sodales et christifideles multos vel in custodiae loca detrusos, vel rerum angustiis omneque genus aerumnis affectos.

Tum facere non potuimus quin, moerentem vocem attollentes Nostram, iniustam insectationem reprobaremus, Encyclica die XVIII mensis ianuarii, anno MCMLII data Epistula, cui a verbis *Cupimus imprimis* (A.A.S., XLIV, 1952, pag. 153 sq.) initum est; qua quidem Epistula, pro veritate Nostrique officii conscientia monuimus Ecclesiam Catholicam a nullo terrarum orbis populo extraneam esse considerandam, nedum adversus quemquam hostilem; quin immo eam, materna tantum sollicitudine permotam, gentes omnes pari caritate amplecti, ac terrena non petere, sed ad caelestia assequenda civium omnium animos pro viribus adducere. Animadvertēbamus praeterea Missionales nullius peculiaris nationis res gerere, sed, cum ex universis terrarum orbis partibus proficiscantur, et una divinae caritate copulentur, nihil aliud exoptare et quaerere, nisi

Dei Regni fines propagare; quamobrem patet eorum operam non supervacaneam esse, non noxiam, sed beneficam et necessariam, cum sollerti Sinensium clero adiutricem praestet opem in christiani apostolatus campo.

Dos años después tiene el Santo Padre que escribir otra encíclica "Ad Sinarum Gentes", para refutar la acusación de falta de patriotismo de los católicos chinos, y para condenar como insostenible la teoría y la práctica de las "Tres Autonomías". Las cosas han deteriorado al presente, aunque los católicos chinos han dado bellos ejemplos de fe intrépida y heroica.

Two years later the Holy Father has to issue another Enc. "Ad Sinarum Gentes" in order to reject the false accusation of lack of patriotism on the part of Chinese Catholics, and in order to condemn, in theory and in practice, the doctrine of the "Three Autonomies". Things are worse now, even when the Chinese Catholics have given beautiful proofs of their faith fearless and heroic.

Ac duos circiter post annos, hoc est die VII mensis octobris, anno MCMLIV, alia ad vos missa Encyclica Epistula, quae a verbis incipit *Ad Sinarum gentem* (A.A.S., XLVII, 1955, pag. 5 sq.), ut incusationes refelleremus Sinensibus catholicis illatas, aperte pronuntiavimus christianos nullis prorsus cedere neque cedere posse in veri nominis fidelitate caritateque erga terrenam patriam. Et quandoquidem apud vos fallax propagabatur doctrina, quae a "Tribus Autonomiis" appellatur, Nos, pro universali quo divinitus fungimur magisterio, monuimus eandem doctrinam, prout ab eius fautoribus intellegitur, sive ad theoreticam significationem quod attinet, sive ad consecratoria, quae inde oriuntur, a nullo catholico probari posse, cum a necessaria unitate Ecclesiae avertat animos.

In praesens autem animadvertendum Nobis est Ecclesiam apud vos his elapsis annis ad deteriores etiam condiciones adductam esse. Utique vobis - idque Nobis inter tot tantaque tristia magnum solacium affert - in diuturnis insectationibus, quibus affecti estis, fides intrepida non defuit, neque caritas flagrantissima erga Divinum Redemptorem eiusque Ecclesiam remisit; quam quidem intrepidam fidem et flagrantissimam caritatem paene innumeris modis testati estis, quorum si parva tantum pars innotuit hominibus, omnium tamen praemium aliquando a Deo accipietis aeternum.

Deber es del Santo Padre insistir de nuevo, ahora que se intensifica aquella doctrina perversa, y cuando

The Holy Father has to insist anew, as now that perverse doctrine is strengthen, and as a certain new

se organiza una cierta asociación, que se llama "Patriótica" y a la que se fuerza a pertenecer a los fieles y al clero católico. Tal asociación en realidad no tiene otro fin que fomentar el socialismo ya implantado en China.

organization has been established, which is called "Patriotic", and to belong to which Catholic faithful and clergy are being compelled. Such association has no other real purpose than to implement the socialism already established in China.

Verumtamen Nostri officii esse ducimus aperte declarare, summa cum trepidi animi aegritudine, res in peius apud vos insidiosus molimine adhuc declinare, ita ut videatur falsa illa et a Nobis reprobata doctrina ad extremos iam exitus extremaque detrimenta adduci.

Etenim, callida sane agendi ratione, consociatio quaedam apud vos constituta est, cui a caritate erga patriam nomen inditum est et ad quam participandam catholici omni nisu compelluntur.

Huius vero consociationis est-quod pluries enuntiatum est-clerum et christifideles patriae religionisque amore eo consilio coniungere, ut patriam caritatem propagent, ut pacem inter populos provehant itemque ut iam invectum apud vos socialismi ordinem comprobent atque instruendum dilatandumque curent, utque rei publicae moderatores adiuvent in politica et religiosa libertate, quam vocant, data opera, tuenda. Attamen liquido patet consociationem eiusmodi, generalibus hisce de pace patriaque tutanda effatis, quae simplices homines in errorem inducere possunt, ad praestituta quaedam ac detrimentosa consilia in usum deducenda contendere.

Con pretexto de "amor patrio" se lleva insensiblemente a los católicos hacia el "materialismo" ateo. Con pretexto de promover la paz se fomentan las calumnias contra los fieles y sus pastores, que son presentados como enemigos de lo chino. Con pretexto de libertad y buena inteligencia con las autoridades civiles se empuja a los fieles a criminales acusaciones contra otros fieles, los misioneros y los verdaderos pastores y a la separación de la Sede Apostólica.

Under the pretext of "patriotic love" Catholics are being lead insensibly towards atheistic "materialism". Under the pretext of promoting peace calumnies are being spread against the faithful and their pastors, which are labelled enemies of Chinese things. Under the pretext of liberty and good understanding with the civil authorities the faithful are being forced to criminal accusations against other Catholics, against missionaries and against their true shepherds and to separate them from the Apostolic See.

Etenim, specie patriae caritatis, quae reapse fallax demonstratur, huius generis consociatio eo potissimum spectat ut catholici gradatim "materialismi" athei commenta amplectantur, quibus Deus ipse renuitur, religionisque principia respuuntur.

Specie tuendae pacis eadem consociatio falsas suspiciones criminationesque recipit et propagat, quibus e cleri ordine multi, ac venerandi etiam Antistites et ipsa Apostolica Sedes incusantur, quasi insana proposita dominandi in res terrenas admittant ac foveant, quasi acquiescenti vel volenti animo dent operam ad quaestum faciendum ex populo, quasi denique adversus Sinensium nationem ob praeiudicatas opiniones hostiliter se gerant.

Dum asseverant necessarium esse in religionis rebus libertatem omnimodis vigere, idque faciliores reddere mutuas inter ecclesiasticam et civilem potestatem rationes, revera tamen haec consociatio eo omnino spectat ut, sacris Ecclesiae iuribus posthabitis et neglectis, Ecclesia ipsa civilibus auctoritatibus subiugetur prorsus. Quam ad rem sodales omnes excitantur ut iniusta illa praescripta comprobent quibus Missionales eiciuntur extorres, et quibus Episcopi, sacerdotes, religiosi viri, sacrae virgines et christifideles non pauci detruduntur in carceres; itemque rationibus illis consentiant quibus tot legitimorum Pastorum iurisdictio pertinaciter praepeditur; utque praeterea improbanda principia defendant, quae Ecclesiae unitati, catholicitati, et hierarchicae constitutioni omnino repugnant; eaque incepta admittant, quibus cleri et christifidelium oboedientia, legitimis Antistitibus debita, subvertatur, atque catholicorum communitates ab Apostolica Sede disiungantur.

Pare imponer y divulgar tales principios usa esa asociación, sin excluir la violencia y la opresión, de escritos, reuniones, congresos etc., y sobre todo, de organizaciones de educación forzada de religiosos, seminaristas y fieles, de las "confesiones" sonsacadas, de la "nueva educación" y de los "tribunales populares".

In order to spread and to impose such principles that association, besides using violence and oppression, has recourse to publications, meetings, congresses, etc. and above all to organizing forced education of religious men, seminarians and faithful, to exacted "confessions", to the "new education" and to the "Popular Tribunals".

Quo autem expeditius haec nefasta principia propagentur omniumque inculcentur mentibus, haec consociatio, quae, ut diximus, patriae caritatis gloriatur nomine, variis opibus utitur,

vi etiam et oppressione adhibita: hoc est scriptis prelo editis quam plurimis et quam loquacissimis; coetibus et congressibus, quos incitamentis, minis, atque fallaciis ii etiam participare coguntur, qui nolunt; et in quibus, si quis animosus veritatem tueri enititur, eius vox facile superatur et evincitur; eique infamiae nota inuritur utpote patriae novaeque societatis hosti.

Praeterea illa institutionis curricula memoranda sunt, quibus hanc fallacem doctrinam discipuli imbibere et amplecti coguntur; et ad quae sacerdotes, religiosi religiosaeque sodales, sacri seminarii alumni, et cuiusvis ordinis, cuiusvis aetatis christifideles adeunda astringuntur; in iisque paena infinitis continuisque praelectionibus ac disceptationibus, per hebdomades et per menses habitis, mentis voluntatisque vires ita debilitantur et attonantur, ut psychica quadam vi assensus talis, qui fere nihil iam humani habeat, arripiatur, non autem, ut addecet, libere postuletur. Huc accedunt illae agendi rationes, quibus modis omnibus, privativam, palam, per insidiam, per dolum gravemque metum animi perturbantur; coactae "confessiones", quae dicuntur; custodiae loca, in quibus cives ad "novam educationem" amplectendam compelluntur; ac "popularia tribunalia" illa, ad quae iudicandi venerabiles etiam Episcopi ignominiose trahuntur.

El Santo Padre alza su voz contra tal violación de los derechos del hombre, y a tal protexta deben asociarse todos los fieles y hombres de bien del mundo. Y, como se invoca el "amor patrio", recuerda que, según la doctrina de la Iglesia, todo hombre debe amar y servir a la patria respectiva, respetar y obedecer a las autoridades, procurar su prosperidad. Jamás la doctrina de la Iglesia se opuso al verdadero patriotismo. Pero si se trata de arrebatarse los derechos de Dios, entonces la Iglesia, y todo cristiano serena y absolutamente ha de preferir obedecer a Dios.

The Holy Father raises His voice in protest against such a violation of human rights, and every faithful, or even honest man in the world should join in the protest. And, as the "love of the fatherland" is being invoked, the Holy Father recalls that the doctrine of the Church is that every man is bound to love and to serve his own fatherland, to respect and to obey its authorities, to promote its prosperity. The doctrine of the Church has never opposed true patriotism. Yet, when the rights of God are being denied, the Church, and every Christian has to prefer, calmly and definitely, the obedience of God.

Contra has agenda rationes, quae praecipua humanae personae iura violent, et sacram filiorum Dei libertatem proculcant, omnes ex quavis terrarum orbis parte christifideles, immo

cordati omnes cohorrescentes facere non possunt quin una Nobiscum vocem attollant, qua laesam civium conscientiam deplo-rando conquerantur.

Et quandoquidem patriae caritatis nomine haec facinora perpetrantur, Nobis officium esse ducimus iterum in mentem revocare omnium Ecclesiam ipsam doctrina sua catholicos adhortari et commonere, ut nationem cuiusque propriam sincero vehementique amore diligant, ut eos, qui publica auctoritate praesunt, salvo iure divino naturali et positivo, observent, utque adiutricem actuosamque operam praestent, qua incepta omnia provehantur, quibus patria communitas pacifice ordinateque prosperitatem cotidie auctiorem et vera suscipere incrementa queat. Numquam destitit Ecclesia suorum filiorum mentibus illud effatum inculcare, quod Divinus Redemptor edidit: "Red-dite ergo quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo" (*Luc. 20, 25*); effatum dicimus, quod id ponit praeiudicatum et certum christianae religionis praecepta numquam veris pa-triae utilitatibus et commodis repugnare, numquam obstare posse.

Verumtamen asseverare etiam necesse est, si christiani ex officii conscientia debent Caesari, humanis nempe auctoritati-bus, id reddere, quod ad easdem spectet, Caesarem quoque - hoc est eos qui publicae rei praesunt - obtemperationem civibus iube-re non posse in iis rebus, quae ad Deum, non ad ipsos perti-neant atque adeo non posse oboedientiam exigere, cum de usur-pandis Dei iuribus agatur, vel cum christifideles a suis religio-nis officiis discrepare cogantur, et ab unitate Ecclesiae eiusque legitima hierarchia desciscere. Tum procul dubio singuli chris-tiani serena fronte et firmissima voluntate ea verba repetant, quae Petrus ceterique Apostoli primis Ecclesiae insectatoribus responderunt: "Oboedire oportet Deo magis quam hominibus" (*Act. 5, 29*).

Hablan grandilocuientemente de paz. Mas esa paz no es la verdade-ra, la que se funda en la rectitud y en la justicia, que es la mantenida por la Iglesia y la que protege los derechos divinos y humanos. Es por el contrario la de la sumisión a la opresión y al odio. La Iglesia pro-cura aquella paz en que cada una de las naciones guarda su propia dignidad y sus legítimos derechos.

They speak highly about peace. Yet theirs is not the true peace, the one built on the right and justice, which is the one maintained by the Church and the one protecting all the rights both human and divine. It is on the contrary the one which means submission to oppression and to hatred. The Church works for the peace under which each nation retains its own dignity and its law-ful rights.

Inflato quodam dicendi genere ii, qui consociationem istam foveant ac provehant, quae patriae caritatis nomen quasi sibi proprium usurpat, de pace iterum iterumque loquuntur, et catholicos vehementer admonent ut ad eam omni ope statuendam allaborent. Quae verba specie quidem optima sunt et iustissima: quis enim magis dilaudetur quam is, qui paci instaurandae et stabiliendae iter paret? Pax tamen - quod probe nostis Venerabiles Fratres et dilecti filii - non verbis tantum innititur, non evanidis, quas temporum opportunitas suadeat, formulis utitur, a quibus incepta et gesta discordent, quae non ipsius pacis sensibus rationibusque conformantur, sed odio potius, discordia, simultateque animorum. Pax veri nominis iustitiae et caritatis principiis animetur oportet, quae Ille docuit "Princeps pacis" (Is. 9, 6), qui hoc titulo quasi regali insigni se ornavit; pax veri nominis illa est, quam Ecclesia instaurandam exoptat, stabilem nempe, iustam, aequam, rectoque ordine compositam, quae cives, domesticos convictos ac populos - sartis tectisque uniuscuiusque imprimisque Supremi Numinis iuribus - mutui frater-nique amoris et adiutricis operae vinculis coniungat omnes.

Hanc gentium omnium concordem convictionem pacifico prospiciens et exspectans animo, Ecclesia expetit, ut singulae nationes eum obtineant dignitatis graduum, qui eas addecet. Ecclesia enim, quae numquam non amicam intendit mentem in eventus casusque patriae vestrae, iam olim, per proximum Nostrum fel. rec. Decessorem locuta, exoptavit, ut "plane agnoscerentur desideria legitima et iura populi istius, numero maximi omnium, cuius humanus civilisque cultus ab antiquissima repetitur aetate, qui praeteritis saeculis, amplificatis rebus suis, interdum magnopere floruit, et quem futuris etiam temporibus plurimum valiturum esse conici licet, dummodo iustitiam et honestum persequatur" (Cfr. nuntium a Pio XI Pont. Max. ad Delegatum Apostolicum in Sinis die 1 mensis augusti 1928 datum; A.A.S., XX, 1928, pag. 245).

No faltan quienes, aún ministros del Señor, sugieran estar la Sede Apostólica en contra de su nación. En primer lugar niegan a la misma el derecho a decidir en materias sociales y económicas siendo así que toda acción humana, en cuanto moral está sujeta a su magisterio y guarda. Mientras se conciesan sometidos a la Santa Sede en cuestiones de Fé y de disciplina,

There are some, even minister of God, who hint that the Apostolic See is disposed against their own nation. In the first place they deny to Her the right to decide in social and economic matters, when every human action, in as much as it is moral, is subject to Her doctrinal authority . . .

While professing to be subjects to the Holy See in questions of Faith

se atreven a negarle la obediencia and of discipline, they refuse to
 en cuestiones que ellos llaman po- obey in questions they call politic,
 líticas fingiendo una conspiración as they fancy some sort of conjura-
 contra su nación. tion against their nation.

Contra, quemadmodum radiophonii ope et per typis edita scripta allatum est, non desunt ac quidem, pro dolor, etiam inter sacrorum administros, qui suspicionem in Sedem Apostolicam confere audeant, eamque insimulare, quod patriae vestrae sit malevola.

Hoc sibi falso et iniuriose statuentes, non verentur imprimis auctoritatem supremi Ecclesiae Magisterii ad suum arbitrium intra artiores coercere fines, nonnullas quaestiones esse dictitantes, velut eas, quae in re sociali et oeconomica versentur, in quibus catholicis liceat doctrinas normasque ab hac Apostolica Sede impertitas praetermittere. Quae opinio - re vera supervacaneum esse videtur id confirmare - omnino falsa est plenaeque erroris, quia, ut aliquot ante annos ad lectissimum Venerabilium Fratrum Episcoporum coetum diximus, "Ecclesiae potestas nequaquam "rerum stricte religiosarum", uti loqui solent, finibus continetur, sed tota quoque legis naturalis materia, institutio, interpretatio, applicatio, quatenus moralis earum ratio attenditur, in eius sunt potestate. Observatio enim legis naturae ex Dei ordinatione spectat ad viam, qua homo ad finem suum supra naturam tendere debet. Iam vero Ecclesia est hac in via, ad finem quod attinet supra naturam, hominum dux et custos" (Sermo ad Patrum Cardinalium Collegium et Episcopatum die 2 mensis novembris anno 1954 habitus; A. A. S., XLVI, 1954, pag. 671-672). Quam veritatem sapienter iam explanavit S. Pius X, Decessor Noster, Encyclicis Litteris *Singulari quadam*, die XXIV mensis septembris anno MDCCCXII datis, in quibus asseveravit "omnes... actiones eius (hominis christiani), quatenus bonae aut malae sunt in genere morum, id est cum iure naturali et divino congruunt aut discrepant, iudicio et iurisdictioni Ecclesiae subesse" (A.A.S., IV, 1912, pag. 658).

Praterea, finibus hisce artis ex arbitrio constitutis enunciatisque, iidem, cum confiteantur verbis se Romano Pontifici parere velle quod ad veritates credendas et ad normas ecclesiasticas, uti appellant, servandas attineat, eo tamen procedunt audaciae, ut certis ac definitis Apostolicae Sedis praescriptis et ordinationibus oboedire recusent, quae simulata auctoris men-

te rem politicam spectare iactant, quasi ex occulta quadam coniuratione contra nationem ipsorum profecta.

Tal insubordinación es algo gravísimo y tristísimo. Publican el derecho falso, que tendrían los católicos de nombrarse obispos gratos a las autoridades civiles. Aún más, han procedido hasta a la consagración episcopal de eclesiásticos así elegidos, y esto no obstante los avisos y admoniciones. Ante abusos tan enormes el Santo Padre protesta que esto está en abierta contradicción con la constitución misma de la Iglesia.

Such insubordination is something most serious and most painful. They proclaim the false right of catholics to chose for themselves bishops agreeable to the civil authorities. Even more, they have gone so far as to proceed to the episcopal consecration of ecclesiastics elected in such an unlawful manner, and that notwithstanding the admonitions and warnings. The Holy Father, in view of such monstrous abuses, declares that such procedure is in open contradiction with the very constitution of the Church.

Huius ab Ecclesia defectionis signum, rem sane gravissimam, quae animum Nostrum ut Patris et universalis fidelium Pastoris maestitia opplet inenarrabili atque ingenti, hoc loco memorare Nos oportet. Ii enim, qui patriae studiosissimos se ferunt, nonnihil iam temporis impense student in vulgus efferre mentitum ius, quo polleant catholici, sua sponte eligendi Episcopos, huiusmodi electioni praetendentes necessitatem consulendi qua par est cum festinatione bono animarum, ac regimen dioecesium iis credendi pastoribus, qui utpote communistarum placitis eorumque artis politicae rationi non obsistentes, apud civiles potestates accepti sint.

Quin immo, non paucas huiusmodi electiones contra ius fasque iam habitas esse accepimus ac praeterea, neglecto aperto severoque monito, quod Apostolica haec Sedes iis, ad quos pertineret, adhibuisset, episcopalem consecrationem nonnullis viris ecclesiasticis temerario ausu collatam esse.

Cum igitur tam gravia facinora contra disciplinam et unitatem Ecclesiae committantur, omnes pro officii Nostri conscientia commonere debemus hoc a doctrina et a principiis prorsus discrepare, quibus conformatio Societatis a Iesu Christo Domino Nostro divinitus institutae innititur.

Los sagrados cánones están claros en determinar que a solo el Romano Pontífice toca decidir quienes sean idoneos de la dignidad y oficio

The sacred canons are explicit in deciding that the Roman Pontiff alone is the one to decide who are fitted for the episcopal dignity and

episcopal. Si otras personas, o instituciones intervienen o han intervenido en la designación, es solo en cuanto la Santa Sede lo delega y con las condiciones que crea convenientes. Obispos elegidos y consagrados de otro modo. NO TIENEN PODER ALGUNO DE JURISDICCIÓN O MAGISTERIO, por carecer de la delegación hecha por el Romano Pontífice.

office. If ever other persons or entities had taken part in such designation, it has been only under delegation of the Holy See and subject to conditions She has deemed proper. Bishops elected and consecrated otherwise HAVE NO POWER WHATSOEVER OF JURISDICTION OR DOCTRINE, because they lack the mission delegated by the Roman Pontif.

Sacris enim canonibus dilucide et expresse sancitum est, ut ad unam Sedem Apostolicam pertineat iudicare, num quis ad dignitatem et munus Episcopi idoneus sit (Can. 331 § 3 C. I.C.), utque Romani Pontificis sit Episcopos libere nominare (Can. 329 § 2). Quodsi, quemadmodum interdum usu venit, aliis personis aut collegiis licet in electionem alicuius candidati episcopalis se aliquo modo interponere, hoc legitime dumtaxat fit, si Apostolica Sedes expressis verbis ac singillatim certis et definitis personis aut collegiis id concesserit, condicionibus rerumque adiunctis planissime constitutis. Hoc posito, efficitur, ut Episcopi nec nominati nec confirmati a Sede Apostolica, immo contra expressas eius ordinationes electi et consecrati, nulla fruantur potestate magisterii et iurisdictionis, cum iurisdictione Episcopis per unum Romanum Pontificem obtingat, quemadmodum in Litteris Encyclicis *Mystici Corporis* hisce verbis monuimus: "Sacrorum Antistites... ad propriam cuiusque Dioecesim quod spectat, utpote veri Pastores assignatos sibi greges singuli singulos Christi nomine pascunt ac regunt; id tamen dum faciunt, non plane sui iuris sunt, sed sub debita Romani Pontificis auctoritate positi, quamvis ordinaria iurisdictionis potestate fruantur, immediate sibi ab eodem Pontifice Summo impertita" (Litt. Enc. *Mystici Corporis*, diei 29 mensis iunii 1943; A.A.S., XXXV, 1943, pag. 211-212). Quam doctrinam, datis postea ad vos Litteris *Ad Sinarum gentem*, iterum memoravimus: "Iurisdictionis potestas, quae Summo Pontifici iure ipso divino directe confertur, Episcopis ex eodem provenit iure, at nonnisi per Petri Successorem, cui quidem non tantum christifideles, sed Episcopi etiam omnes et oboedientiae obsequio et unitatis vinculo constanter subici et adhaerere tenentur" (Ep. Enc. *Ad Sinarum Gentem*, diei 7 mensis octobris 1954; A.A.S., XLVII, 1955, pag. 9).

Los actos de la POTESTAD DE ORDEN serán válidos si fué válida la ordenación; mas son GRAVEMENTE ILICITOS y sacrílegos, como viniendo de los "lobos" que dijo el Señor.

The acts in virtue of their POWER OF ORDER could be valid, if their ordination be valid; yet they are GRAVELY ILLICIT and sacrilegious as acts of the "wolves" referred to by Our Lord.

Actus vero, ad potestatem sacri Orinis pertinentes, ab huiusmodi viris ecclesiasticis patrati, etiamsi validi sunt, dummodo valida fuerit consecratio ipsis collata, sunt tamen graviter illiciti, id est flagitiosi et sacrilegi. Quam in rem peropportune cadunt monitoria verba Domini Magistri: "Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro" (*Ioann.* 10, 1); veri quidem pastoris sui oves noscitant vocem, "alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum" (*Ibid.* 10, 5).

Consta al Santo Padre que ellos quieren justificarse con que la disciplina antigua fué el que los fieles eligieran sus obispos. En primer lugar, ningún particular puede, porque le plega, resucitar disciplinas antiguas. Además, esto es confesarse a sí mismos reos de violar la disciplina vigente en la Iglesia Universal. Y desde luego están en abierta contradicción con la definición del Concilio Vaticano, que declara estar todos y cada uno de los fieles y pastores de la Iglesia sujetos, en común y como individuos, al Romano Pontífice.

The Holy Father knows that they try to justify themselves with the old discipline, according to which the faithful choose their own bishops. First of all, it does not belong to any individual to reinstate at will any ancient discipline. Besides, such excuse is a clear admission that they are in open opposition to the actual discipline of the Universal Church. And, of course, they contradict clearly the definition of the Vatican Council, according to which every Pastor or faithful in the Church, in common or as an individual, is subject to the Roman Pontif.

Nequaquam Nos latet, eos, qui ita detrectant oboedientiam, ut de iniuste sibi, pro dolor, sumptis muneribus semetipsos purgent, usum in medium proferre, qui prioribus saeculis invaluerit; attamen non est qui non videat ecclesiasticam disciplinam praecipitem ire, si in qualibet re cuique liceat in usum reducere ordinationes, quae iam non vigeant, cum suprema Ecclesiae auctoritas iamdiu aliud decreverit. Quin etiam, eo quod ad aliam provocant disciplinam, minime de suo agendi modo se excusant, sed argumentum praebent, quo innotescit eos id sequi, ut disciplinam, quae nunc viget et cui uni parere debent, consulto defu-

giant; disciplinam dicimus, quae non solum pro Sinis ac regionibus Evangelii lumine recens collustratis, sed pro tota constituta est Ecclesia; quae vi potestatis illius universalis et supremae pascendi, regendi, gubernandi sancita est, quam Dominus Noster Petri Apostoli in munere Successoribus tribuit. Pernota sunt ea, quae Concilium Vaticanum sollemniter definivit: "Aperitis innixi sacrarum Litterarum testimoniis, et inhaerentes tum praedecessorum Nostrorum, Romanorum Pontificum, tum Conciliorum generalium disertis perspicuisque decretis, innovamus oecumenici Concilii Florentini definitionem, qua credendum ab omnibus Christi fidelibus est, "Sanctam Apostolicam Sedem, et Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, et ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri, principis Apostolorum et verum Christi vicarium totiusque Ecclesiae caput et omnium christianorum patrem ac doctorem existere; et ipsi in beato Petro pascendi, regendi ac gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse"... Docemus... et declaramus, Ecclesiam Romanam, disponente Domino, super omnes alias ordinariae potestatis obtinere principatum, et hanc Romani Pontificis iurisdictionis potestatem, quae vere episcopalis est, immediatam esse: erga quam cuiuscumque ritus et dignatis pastores atque fideles, tam seorsum singuli quam simul omnes, officio hierarchicae subordinationis veraeque oboedientiae obstringuntur, non solum in rebus, quae ad fidem et mores, sed etiam in iis, quae ad disciplinam et regimen Ecclesiae per totum orbem diffusae pertinent; ita ut, custodita cum Romano Pontifice tam communio- nis quam eiusdem fidei professionis unitate, Ecclesiae Christi sit unus grex sub uno summo pastore. Haec est catholicae veritatis doctrina, a qua deviare salva fide atque salute nemo potest" (Conc. Vat., Sess. IV, cap. 3; Coll. Lac., VII, pag. 484).

De donde se sigue que nadie puede rechazar la institución canónica de un obispo designado por Roma; que ningún otro puede designar obispos; que nadie puede ni recibir ni conferir la consagración episcopal sin mandato del Pontífice Romano. QUIEN RECIBIERA tal consagración o LA CONFIRIERA está excomulgado CON EXCOMUNION DE MODO ESPECIALISMO RESERVADA A LA SEDE APOSTOLICA.

Hence, it follows that none can reject the canonical institution of a bishop designated by Rome; that no other person has any power to designate bishops; that no one is allowed to receive or to impart the episcopal consecration unless under a mandate from the Roman Pontif. WHOEVER RECEIVE or CONFER such consecration is excommunicated with an EXCOMMUNICATION "SPECIALISSIMO MODO" RESERVED TO THE APOSTOLIC SEE.

Ex iis, quae exposuimus, sequitur, ut nulla prorsus auctoritas, praeter eam, quae Supremi Pastoris propria est, institutionem canonicam alicui Episcopo concessam possit irritam efficere; ut nulla persona nullusve coetus sive sacerdotum sive laicorum ius sibi queat arrogare Episcopos nominandi; ut nemo consecrationem episcopalem valeat legitime conferre, nisi prius de pontificio mandato constiterit (Can. 953). Itaque, si huiusmodi consecratio contra ius fasque impertitur, quo facinore gravissime petitur ipsa unitas Ecclesiae, statuta est excommunicatio *specialissimo modo* Sedi Apostolicae reservata, in quam ipso facto incurrit qui consecrationem ex arbitrio collatam recipit, atque etiam consecrans ipse (cfr. Decretum Supr. S. Congr. S. Officii, diei 9 mensis aprilis 1951; A.A.S., XLIII, 1951, pag. 217-218).

Dicen que han hecho eso para proveer de pastores a iglesias privadas de ellos. No es proveer de pastor dar a los fieles un impostor. Además es un crimen aprovecharse de los sufrimientos y encarcelamientos de los legítimos pastores para poner a otros en su lugar destruyendo la constitución de la Iglesia. Hasta llegan a echar la culpa a Roma, como si esta no estuviera impedida de obrar como desea.

They say that they have gone so far in order to provide destituted churches with pastors. To establish an impostor is not to procure a pastor. Besides it is criminal to take advantage of the sufferings and prison of the lawful titulars to put in their places some other one, destroying in this manner the constitution of the Church. They even proceed to put the blame on Rome, as if Rome were not withheld from acting.

Quid denique sentiendum de causa a sodalibus consociationis patriae falso amore studentium interserta, quod sibi ita, quemadmodum perhibent, agendum sit propter necessitatem curae animarum prospiciendi iis in dioecesibus, quae praesente Episcopo suo orbatae sint?

Liquet imprimis spirituali commodo christifidelium nequaquam consuli, si leges Ecclesiae violantur; deinde non agi, uti defendere volunt, de dioecesibus vacantibus, sed saepe de sedibus episcopalibus, quarum legitimi Praesules aut deturbati sunt, aut in carcere tabescunt, aut variis modis praepediuntur, ne iurisdictionis potestatem libere exercean; itidem praeterea, in carcerem dati sunt aut expulsi vel quovis modo remoti ii etiam viri ecclesiastici, quos legitimi Pastores e iuris canonici praescripto et e peculiaribus Apostolicae Sedis mandatis designaverant, ut in regendis dioecesibus ipsorum vice fungerentur.

Luctuosum sane quod, dum sacri Pastores, animarum studio praestantes tot sustinent aerumnas, ex eorum doloribus arripiatur occasio ut falsi pastores eorum in locum substituantur, ut hierarchicus Ecclesiae ordo evertatur, atque Romani Pontificis auctoritati seditiose obsistatur.

Atque eo nonnulli progressi sunt arrogantiae, ut culpam rerum tam miserarum tamque lacrimabilium, quae e certo consilio Ecclesiae vexatorum exortae sunt, in ipsam transferant Sedem Apostolicam, cum neminem fugiat hanc, eo quod impediatur quominus libere ac tuto cum Sinarum dioecesibus communicet, non potuisse neque etiamnum posse, quotiescumque res postulet, aequa ratione de eligendis candidatis idoneis ad episcopalem dignitatem cognoscere; quae cognitio omnino necessaria est, sive ad vestram attinet nationem sive ad quamvis aliam gentem.

Permenezcan fieles en medio de los errores y de las discordias que algunos tratan de introducir. El Santo Padre tiene muy en el corazón las tribulaciones y penas de los que sufren por Cristo. Confíen en que tantas oraciones, sacrificios y lágrimas serán oídas por intercesión de María la Madre de Dios, Reina de China, y vendrán días mejores. Termina con la Bendición Apostólica.

Let every catholic remain faithful amidst the errors and schisms that some try to introduce. The Holy Father has very much at heart the tribulations and trials of those who are suffering for Christ. Let them be confident that the prayers, tears and sacrifices, will be received through the intercession of Mary, the Mother of God, Queen of China, and better days will shine. He imparts at the end the Apostolic Blessing.

Venerabiles Fratres ac dilecti filii! Hactenus vobis ediximus, quanta urgeamur sollicitudine propter errores, quos apud vos quidam inducere contendunt, ac discordias, quae concitantur, ut Patris communis illuminati et confirmati hortamento, intrepidi et intaminati perstetis in fide, qua omnes coniungimur, qua una adipiscemur salutem.

Nunc autem, erumpentis animi impetum secutis enuntiare Nobis liceat, quam arcta quamque singulari vos necessitudine attingamus. Obversantur menti Nostrae cruciatus, quibus sive corpora sive animi vestri divexantur, maxime ii, quos Christi testes fortissimi tolerant; quorum in numero non desunt nonnulli Venerabiles Fratres Nostri in Episcopatu. Horum omnium aerumnas cotidie Nos Divino Redemptori in ara offerimus, una cum precibus ac doloribus totius Ecclesiae.

Firmi estote eique fidite secundum illud: "Omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis" (1 Petr. 5, 7). Ipse angores ac tormenta pervidet vestra; ipse imprimis animi maerorem acceptum habet et lacrimas, quas multi e vobis, tam Pastores quam sacerdotes, religiosi sodales et fideles e laicorum ordine, occulto effundunt, dum nisus aspiciunt eorum, qui coetus christianos vestros subvertere conantur. Hae lacrimae, hae afflictationes, una cum cruciatibus et sanguine Martyrum qui fuerunt et nunc sunt, veluti pretiosa pignora, efficient, ut Ecclesia in patria vestra potentissimo interposito patrocinio Deiparae Virginis Mariae, Sinarum Reginae, tandem aliquando revirescat, ac mitescente saeculo laetiores ei dies illucescant.

Hac spe erecti, cum vobis tum gregibus curae vestrae commissis Benedictionem Apostolicam, supernorum munerum auspicem ac peculiaris benevolentiae Nostrae testem, peramanter in Domino impartimus.

Datum Roma, apud S. Petrum, die XXIX mensis iunii, in festo Apostolorum Petri et Pauli, anno MDCCCCLVIII, Pontificatus Nostri vicesimo.

PIUS PP. XII

CURIAS DIOCESANAS

NUNCIATURA APOSTOLICA

I. On the Holy Father's Anniversaries 60th of His Ordination and 20th of His Pontificate

August 12, 1958

Your Excellency:

As Your Excellency knows, the Holy Father this coming March 2nd will have completed the 20th Year of His Pontificate, and on April 2nd, He will celebrate the 60th Anniversary of His Ordination; and for these reasons the year 1959 gives the whole world a particular cause for rejoicing. There is no Catholic but will feel happy because of this twofold celebration of Our August Pontiff, and who will not take part in some way in the festivities.

Therefore, the Secretariat of State of His Holiness in a Circular Letter N. 430501, dated in July, has requested this Apostolic Nunciature to remind the Most Reverend Ordinaries of the Philippines of these Anniversaries, and to invite them to prepare the souls of the Faithful and to plan religious demonstrations to be held in preparation for and in conjunction with the celebrations in Rome.

The first recommendation of the Secretariat of State is prayers and religious functions in honour of the Holy Father. In particular it enjoins the Most Reverend Ordinaries to promote the prayer "pro Pontifice Nostro Pio," prayers in common by the Faithful, and liturgical, sacerdotal and public prayers; for instance by ordering the "Oratio Imperata pro Papa" at the celebration of Mass; by advising the celebration of Masses for the Pope; by solemn public services of thanksgiving in which the faithful will participate; and by any other means which their loyalty and devotion to the Holy Father may suggest to the Most Reverend Ordinaries.

Your Excellency is well aware of the importance of informing the faithful beforehand and of preparing them psychologically, and this can be done in a satisfactory manner by means of the press and radio.

This Apostolic Nunciature, then, knowing the devotion of Your Excellency, of the Clergy and of the Faithful, feels sure that your Ecclesiastical Jurisdiction will be well to the fore in manifesting its love and affection towards the Vicar of Christ on the occasion of these solemn Anniversaries.

With sentiments of profound esteem

I beg to remain

Your Excellency's devoted servant

AMELIO POGGI
Charge d'Affaires A. I.

II. Notification on Amount Referred to in Cann. 534 and 1532

August 12, 1958

Your Excellency:

The Sacred Consistorial Congregation in a Communication N. 336/44, dated June 28, 1958, has requested this Apostolic Nunciature to inform Your Excellency as follows:

1. Until further notice, the maximum amount in local currency, beyond which the permission of the Holy See is necessary in accordance with Canons 534, par. 1, and 1532, par. 2, of the Code of Canon Law, is ₱15,000:00.
2. This rule applies to all Ecclesiastical Entities of the Philippines, irrespective of the Sacred Congregation from which they directly depend.
3. In the same way the expression "mille libellarum seu

francorum" treated of in Can. 1532, par. 2, must be interpreted to mean the thirtieth part of ₱15,000:00, namely ₱500:00.

4. The present notification supersedes that of October 18, 1952, which is found in the Index of Faculties.

With sentiments of profound esteem

I beg to remain

Your Excellency's devoted servant

AMELIO POGGI

Charge d'Affaires A. I.

III. Recommendation of the Envoys of the J.O.C.

Your Excellency:

In a Circular Letter N. 16514/58, dated May 17, 1958, this Apostolic Nunciature had the honour to inform Your Excellency of the proposed visit of Rt. Rev. Msgr. Jos. Cardijn and Miss Maria Meersman, General Ecclesiastical Adviser and Vice President respectively of the JOC International Bureau.

In a letter dated in July they now inform this Apostolic Nunciature that they propose to visit eighteen countries in Asia, with the purpose of examining the position of the Y.C.W. in those countries where it already exists, and the possibility of establishing it in those where it does not. They also propose to prepare for a meeting of delegates from all countries of the Far East, to be held in the most suitable city in this area next year. The purpose of this meeting is to unite the young workers of this region, in order to protect them against the current ideologies which are contrary to their Faith and future destiny; to promote peace and liberty in the world and to foster the Church mission in every country.

In accordance with the expressed desire of these two envoys of the Y.C.W. this Apostolic Nunciature recommends them most favorably to Your Excellency and has the honour to request that they be put in touch with the various organizations and institutions in Your Excellency's jurisdiction, which in your opinion are most suitable, to enable them to carry out their noble purpose. They expect to be in the Philippines from October 20th - 28th, 1958.

With sentiments of profound esteem

Your Excellency's devoted servant

AMELIO POGGI

Charge d'Affaires A. I.

ARZOBISPADO DE MANILA

I. Sustitución de Aplicaciones "Pro Populo"

SACRA CONGREGATIO CONCILII
N. 2590/D

Beatissime Pater,

Archiepiscopus MANILENSIS, ad Pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus, facultatem expostulat dispensandi animarum curatores ab obligatione Missam pro populo litandi diebus dominicis et festis etiam suppressis, exceptis diebus qui sequuntur:

- 1) primis diebus dominicis cuiuslibet mensis,
- 2) diebus festis Nativitatis Domini, Pentecostes, Paschatis nec non Ss. Apostolorum Petri et Pauli.

Ratio est:

Necessitates Archidioecesis sunt multae; et eleemosynae Missarum, quas animarum curatores ad mentem offerentium celebrabunt diebus in quibus obligatio est Missam pro populo litandi, — exceptis diebus de quibus supra, — erogabuntur in favorem dictarum necessitatum.

SACRA CONGREGATIO CONCILII, attentis ab Archiepiscopo MANILENSI expositis, eidem benigne tribuit facultatem

dispensandi, exceptis diebus de quibus in precibus, eum in finem ut eleemosynae erogentur in favorem necessitatum Archidio-
cesis.

Praesentibus ad quinquennium valituris.

26 Martii, 1955

(Sig.) P. CARD. CIRIACI, *Praef.*
F. ROBERTI, *a secretis*

II. Circular Concerning Mission Sunday

October 19, 1958

TO THE VENERABLE CLERGY, SECULAR AND REGULAR,
DIRECTORS OF THE CATHOLIC COLLEGES AND TO
ALL THE FAITHFUL OF OUR ARCHDIOCESE.

Venerable Brethren and Beloved Sons in Christ: —

The Sixth Mission Assembly was held at Bacolod City, August 26-28, 1958, at the Bishop's House. There were eight (8) conferences in all; each one was followed by an open forum.

Very Rev. Msgr. Justino Ortiz, the representative of the Archdiocese of Manila, spoke on the "Dissemination of Mission Ideals Through the Catholic Press."

It was reported that the Archdiocese of Manila was given an ₱80,000.00 target for 1958 Mission Sunday. (Manila had a collection of ₱75,900.00 in 1957.)

Our cooperation in this work should be general in all the parishes, according to the Decree of the Sacred Congregation of Rites on April 14, 1926. The celebration of Mission Sunday will be held on October 19th with the following acts:

1. In all churches and public oratories let prayers be said for conversion of the infidels.
2. The prayer "Pro Propagatione Fidei" should be added as "pro re gravi."
3. The Mission Sunday sermon should inspire the faithful to be conscious of their moral obligation of assisting the Missions through prayers and sacrifices.

4. A week before Mission Sunday the Rectors of the churches will announce that all those who receive Holy Communion on that day and pray for the intention of the Holy Father, will gain plenary indulgence.
5. Likewise, on this previous Sunday, let there be announced that on October 19th a collection will be taken up at all Masses for the Missions all over the world. This collection should be sent entirely to the office of our Archdiocese within a period of two weeks after Mission Sunday, which office will forward it to the Holy Father.

Your devoted Prelate who imparts his paternal blessing.
Manila, September 8, 1958.

✠ RUFINO J. SANTOS
Archbishop of Manila

UNIVERSIDAD CATOLICA DE FILIPINAS

Concesión de Permitir Leer Libros Prohibidos

SUPREMA S. CONGREGATIO
SANCTI OFFICII

Sectio de Censura Librorum

BEATISSIME PATER

P. Jesus CASTAÑON, O.P., Rector Magnificus Pontificiae Universitatis Sancti Thomae de Manila, ad Pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter postulat ut sibi concedatur facultas permittendi ut professores et alumni dictae Universitatis libros prohibitos retinere et legere valeant, sub datis condicionibus.

Feria IV, die 11 Junii 1958,

Cierra la Iglesia su año litúrgico poniéndonos ante la vista los avisos que nos dió el Señor, para que afrontáramos como es debido las peligros que han de venir en los últimos días. Y por cierto que los días últimos de que hablaba Jesús no son las horas postreras que precederán al juicio, sino las épocas que han de pasar entre sus ida a los cielos como triunfador y su vuelta a la tierra como juez.

Resalta el aviso para precavernos de los falsos cristos y de los falsos profetas.

Jesucristo vino del cielo a la tierra para traernos nuevas de Dios, para enseñarnos lo que debemos hacer para llegar hasta El, para vivir nuestra vida conforme a lo que Dios, el bien y la verdad piden de nosotros. Esta dirección de la vida y actividad humana, es algo que atrajo siempre las ambiciones humanas. Son muchos los que intentan imponer sus ideas y sobre todo sus gustos y sus intereses al resto de los hombres que con ellos viven. Si a esto se añade el atractivo del misterio religioso, y la intervención de las artes de engañar con maravillerías, y la acción de los espíritus malos que siempre velan para continuar la decepción del paraíso, tenemos los falsos enviados de Dios, como salvadores y fundadores de sectas y religiones,—es decir los falsos cristos, y los directores humanos que se arrogan infalibilidades divinas—los falsos profetas.

Nuestra época es, aunque parezca mentira, una de las más prolíficas en tales personajes. No son ya solo hombres, sino, y sobre todo, tendencias y asociaciones, los que pretenden determinar lo que tenemos que hacer en nuestras vidas. Dios queda,

cierto, soslayado las más de las veces. Pero este es un agravante mayor.

Las propagandas políticas y doctrinas sociales o nacionales, arrancadas del propio ambiente de subordinación a Dios y la justicia son uno de los mayores focos de engaño en nuestros días. ¡Cuántos crímenes y cuántas abominaciones no se justifican hoy con “democracia”, “libertad”, “nacionalismo”, “autonomía”, “comunismo”, “racismo”, etc... etc.!

La positiva subordinación de la vida humana a la comodidad y modernidad es otra norma de corrupción hoy, porque, en vez de buscar el legítimo facilitar el trabajo y bienestar humanos, se presenta el vivir cómodo y fácil como fin de toda actividad aún espiritual del hombre. Todos los engaños, las estafas, las operaciones atrevidas bancarias y económicas; toda la corrupción “comercial” de los espectáculos y deportes, son también justificados por el falso cristo de la “moderna comodidad”.

Las desprecupaciones “de nuestros tiempos” con respecto a los valores eternos de Dios y del hombre, de la familia y del alma humana, de religión y de moralidad, son otra serie de oráculos proféticos que nos orienta al mal.

Y la multitud de sectas, y el descaro con que, no solo se proponen, sino hasta son recibidas por nosotros mismos, hijos de la Iglesia, las propagandas religiosas de cualquier predicante de nuevas formas de religión, nos engañan también como otros falsos cristos.

Jesús nos avisa. Sólo El es el Maestro divino. Sólo El bajó del cielo y sabe lo que en el cielo hay. El habló y para que no quedáramos abandonados nos instituyó la Iglesia que nos enseñara (Mat. XXVIII 19-20), para que en caso de duda nos confirmara (Luc. XXII, 32), y nos advirtió que solo creyéndola podíamos salvarnos (Mar. XVI, 15-16). Para eso queda El con la Iglesia hasta el fin de los siglos (Mat. XXVIII, 20). Fuera de esto “Aunque nosotros o un ángel del cielo nos dijere otra cosa”, no lo creamos nos avisa S. Pablo. Como nos lo dice antes el Señor: “Si os dijeren aquí o allí está Cristo no vayais” a encontraros con el engaño.

FR. J.M.M.A., O.P.

DOMINGO PRIMERO DE ADVIENTO

(30 de Noviembre, 1958)

“Et tunc videbunt Filium
humini venientem in nube,
cum potestate magna et
maiestate”.

(Lc. 21, 27)

Cristo Juez

Con el Adviento (advenimiento) damos comienzo a un nuevo año litúrgico. Recordándonos la Iglesia durante este tiempo, la primera venida del Señor, quiere nos preparemos para recibirle en nuestras almas como prenda segura de que, haciéndolo así, habremos de poseerle en su gloria y majestad, cuando aparezca sobre las nubes del cielo para juzgar a las naciones.

Quizá por esto, la Liturgia comienza este tiempo preparatorio para la Navidad, recordándonos la última venida de Cristo: el juicio final. Creemos encontrar la razón de este proceder, máximo si atendemos a que el domingo anterior, último del año litúrgico, se nos leía el mismo evangelio, en que el cristiano ha de orientar toda su vida hacia las cosas eternas, y darse cuenta de que todo su vivir, su paso por la tierra, ha de tener un fin y que de él depende el que sea feliz o desgraciado.

Era el martes santo. Tres años llevaba Jesús predicando por tierras de Palestina sin que sus palabras encontrasen eco más que en unos pocos. Escribas y fariseos iban apretando el cerco. Jesús en ese día penetra en el templo y se encara con ellos pronunciando las parábolas del *repudio de Israel*. Sale de la Ciudad santa camino de Betania. Los Apóstoles centran su conversación sobre la magnificencia del templo de Jerusalén. “En verdad os digo,—les dice Jesús—que no quedará piedra sobre piedra” (Mt. 24, 2). Podemos suponer la impresión que producirían en los Apóstoles las palabras del Maestro. Ellos insisten: “¿Cuándo serán estas cosas y cual es el signo de tu venida y de la consumación del siglo?”. (Mt. 24, 3). Jesús comienza entonces la exposición del sermón escatológico o de los últimos tiempos, hablando en él indistintamente de la destrucción del templo y del fin del mundo. El evangelio de hoy se concreta al último tema.

“Verán al Hijo del hombre venir en una nube con poder y majestad grandes”. Dios ha venido ya. Desde el comienzo del mundo está presente en las cosas dándolas el ser. Vive en ellas

porque todas son participaciones de su bondad infinita. Las rige y gobierna conforme a las leyes que han prefijado a cada una. La presencia de Dios en el hombre es todavía más íntima: por el conocimiento y el amor, por el entendimiento y la voluntad. Dotado de alma racional, "hecho a imagen y semejanza de Dios", se enorgullece de ser libre y poder disponer, conforme a su libertad, de sus acciones. Precisamente por eso, la presencia de Dios en las almas está limitada por el querer humano. Más aún; en el bautismo Dios se nos hace presente con su gracias y con sus dones. La libertad del hombre tiene que cooperar para que crezcan y adquieran la plenitud del "hombre perfecto". Es la economía de lo espiritual. Pero si la libertad es el don máspreciado del hombre, desgraciadamente muchas veces no la emplea más que para obrar contra sí mismo y para rebelarse contra Dios. Dios ha venido a tu alma. El la creó, El la santificó con los sacramentos. El está presente en el Altar para servirte de comida, para que comiéndole te transformes en El. Tienes libertad para hacerle vivir siempre en tí, o de arrojarle. ¿Cómo has respondido hasta ahora? ¡Ay libertad, libertad, cuántos atropellos se cometen en tu nombre!

Y ante tantos atropellos cometidos contra Dios y ante ese mal uso de sus dones y de la libertad, Cristo parece callar. "Haec fecisti et tacui" (Ps. 49, 21). No está dormido, pues de continuo está llamado a las almas en pecado para que se "conviertan y vivan". El remordimiento de las conciencias, las inspiraciones al bien, son otras tantas llamadas cariñosas del Padre bueno, que desea retornen a su casa los hijos pródigos.

Pero aparentemente calla, parece no darse cuenta de lo que pasa en el mundo. Y sin embargo, en el "libro de la vida" va escribiendo con detalle todo cuanto haces, piensas o deseas. Cuando la última hoja esté terminada, entonces "vendrá con poder y majestad" a pedirte cuenta de cómo has usado en tu vida los dones que te concedió en cuanto hombre y en cuanto cristiano. "Vendrá y no callará" (Ps. 49, 3).

Cristo será el juez. Brillará la justicia divina sobre los justos y pecadores. Durante la vida, los hombres habrán sentido resplandecer más la misericordia de Dios. Al fin será la justicia la que triunfe. Cada uno se dará a sí mismo el resultado de la sentencia. Porque en la conciencia de cada cual estarán grabados, con trazos indelebles, los caminos rectos o tortuosos que ha recorrido en su existir terreno. La razón y la

fe serán los testigos. La razón por ser la luz natural que gobierna las acciones humanas, y la fe por el conocimiento sobrenatural que nos infundió de las cosas divinas. Ellas nos dirán si obramos o no conforme nos dictaban. Somos, en fin de cuantas, nosotros mismos los que a diario, con nuestro vivir, vamos escribiendo la sentencia que un día, el último, nos dará a conocer el justo Juez.

Abramos, sin embargo, el corazón a la esperanza. Todos los años nos preparamos a las fiestas de Navidad, porque sabemos que nuevamente Cristo quiere morar entre nosotros. Viene portando el estandarte de la paz, del perdón y del amor. Ajustemos nuestra vida a los deseos de la Iglesia durante este tiempo. El Señor hará de nuestras almas su morada permanente en la tierra y el triunfo del Señor será el nuestro, cuando en el día del juicio nos diga: "Venid benditos de mi Padre y vuestro..."

FR. CLAUDIO GARCÍA, O.P.

I. DE FREQUENTATIONE SCHOLARUM ACATHOLICARUM

Maria, 23 annorum, familiae catholicae, peragit nunc studia sua in Schola pro infirmorum Curatoribus (Nursing School) Sancti Lucae, Manilae, quae est schola acatholica. Parentum eius desiderium fuit ut earum filia studeret in aliqua Schola catholica. De facto Maria ingressum postulavit in diversis scholis, sed quia responsum favorabile accepit primum a Schola Sancti Lucae, ibi fecit ingressum adversus eius parentum desiderium et consilium. Cognito tamen facto a parentibus, non amplius ostenderunt se id aegre ferre, immo omnes expensas studii filiae nunc solvunt.

Quaeritur:

- 1um. Incurruntne parentes Mariae excommunicationem de qua in canone 2319, § 1, no. 4 ?*
- 2um. Potestne eisdem denegari administratio sacramentorum?*
- 3um. Quid dicendum de Maria: a) estne ipsa excommunicata?; b) potestne eidem denegari administratio sacramentorum quousque se transferat in aliam scholam vel quousque finiat sua studia in Schola Sancti Lucae?*

PAROCHUS

Notissima est prohibitio ab Ecclesia facta omnibus studentibus catholicis, non frequentandi scilicet scholis acatholicis:

“Pueri catholici scholas acatholicas, neutras, mixtas, quae nempe etiam acatholicis patent, ne frequentent. Solius autem Ordinarii loci est decernere, ad normam instructionum Sedis Apostolicae, in quibus rerum adiuntis, et quibus adhibitis cautelis, ut periculum perversionis vitetur, tolerari possit ut eae scholae celebrentur” (Canon 1374).

Et parentes qui despiciunt prohibitionem Ecclesiae excommunicatione Ordinario loci reservata plectuntur. Sic enim legitur in canone 2319, § 1, no. 4:

“Subsunt excommunicationi latae sententiae Ordinario reservatae catholici: § 1

.....

4º Parentes vel parentum locum tenentes qui liberos in religione acatholica educandos vel instituendos scienter tradunt”.

Tamen, ut in ipsa provisione canonis 1374 apparet, possunt dari speciales circumstantiae quibus frequentatio scholis catholicis sit impossibilis, ideoque necessarius evadat ingressus in aliis scholis. Quandonam hoc contingat, solius est Ordinarii loci determinare ac decernere iuxtas normas datas a Sede Apostolica. Summarie recolendo has normas, quibus Ordinarius loci conformare debet proprium iudicium, eae ad duas possunt reduci: 1^a absentia periculi proximi corruptionis religiosae et moralis; 2^a impossibilitas frequentandi scholas catholicas, tum quia istae non existunt in loco vel deficientes sunt, tum quia parentes studentium impares sunt omnino solvendi expensas pro earum ingressu.

Relate ad scholas sub directione ac regimine alicuius sectae protestanticae, de quibus agit praesens casus, nulla declaratio (quam subscribens sciat) publice facta est ab Ordinariis locorum Insularum Philippinarum, ob quam licita evadat frequentatio illarum pro catholicis studentibus; e contra perplures sunt pronuntiationes Hierarchiae Ecclesiasticae adversus ingressum in huiusmodi centris paedagogicis. Ratio est obvia: in his scholis, generaliter loquendo, periculum proximum corruptionis religiosae et moralis existit et difficulter potest illud converti in remotum, propter activum magisterium sectarum acatholicarum in dictis scholis. Cfr. nn. 705-710 Act. et Dec. I Conc. Plen.

Frequentatio ergo scholarum sub directione ac regimine alicuius sectae protestanticae in his regionibus numquam est licita pro catholicis, e contra est studentibus catholicis graviter prohibita. Unde et parentes qui huiusmodi scholis filios proprios tradunt et studentes ipsi qui tales scholas frequentant, graviter peccant, quando ad hoc faciendum nulla eis facta est significatio Ordinarii loci. Ideoque locum habet, *ceteris conditionibus adimpletis*, excommunicatio de qua in canone 2319, § 1, n. 4, in parentes plexa.

In casu nobis proposito credimus non omnes condiciones ad incurrendam excommunicationem adimpleri. Dicitur enim in canone praedicto:

“Parentes vel parentum locum tenentes qui liberos in religione acatholica educandos vel instituendos scienter tradunt”.

Haec postrema verba: "*scienter tradunt*", locum non habent in casu. Consultans expresse dicit *Mariam adversus eius parentum desiderium et consilium hoc fecisse*. Unde parentes certe *scienter non tradiderunt* filiam scholae acatholicae. Ideoque neque incurrerunt excommunicationem illam. Neque excommunicationis incursioni favet factum quod filiam nunc adiuvent in expensis solvendis pro eius educatione in praecitata schola acatholica. Leges enim poenales strictae subsunt interpretationi iuxta c. 19. Multo minus excommunicationem incurrit filia cum in memorato canone non includatur.

Tamen agitur de negligentia seu non adimpletione alicuius gravis obligationis, qualis est obligatio Mariae accipiendi catholicam educationem, et obligatio parentum procurandi filiae talem educationem. Immo agitur de occasione proxima perversionis, nam in scholis *positive acatholicis*, sicut est Schola pro infirmorum Curatoribus Sancti Lucae in Manila, datur occasio proxima amittendi veram fidem. In ea enim habetur hebdomadalis religionis propriae sectae instructio, cui assistere omnes studentes tenentur, praeterquam aliis occasionibus in anno adesce obligantur ad actus a ceremoniis religiosis non alienos.

Quomodo ergo procedendum erga istos fideles in administratione sacramentorum? Potestne eis denegari absolutio sacramentalis et Sacra Communio quousque serio promittant se adimpleturos huiusmodi gravem obligationem et recedendi ab occasione proxima propriam fidem amittendi?

Norma moralis ordinarie applicanda erga graviter negligentes adimpletionem propriarum obligationum est sequens: *Absolutio danda est poenitenti rite confesso et disposito*. Idem dicendum pro S. Communione. Nunc quaeritur: estne rite dispositus fidelis, qui sciens et volens non curat de propria obligatione gravi educationis catholicae iuxta dispositiones Ecclesiae? Evidenter quod illa dispositio ad absolutionem illi imperiendam necessaria absolute deest. Ergo dum talis fidelis serio non promittat se sincere proponere adimpletionem gravis obligationis, quam in praeterito graviter neglexit, non potest absolvi.

Sed, ut antea diximus, agitur etiam de fidei *occasionario*, qui scilicet *in occasione proxima voluntaria et continua* amittendi propriam fidem permanet. Iamvero in huiusmodi fidei difficulter, immo impossibiliter inveniri potest neque contritio de peccatis praeteritis neque verum propositum de futuris vitandis. Ergo quousque non recedat a tali occasione, absolvi non potest. Confer n. 707 Act. et Decr. I Conc. Plen.

Fortasse in casu allato nostrae solutioni opponatur obiectio, dicendo quod non omnes studentes catholici curis infirmorum sese devovere volentes de facili accomodari possunt in scholis catholicis. Unde pro his quibus ingressus in scholis catholicis denegatur licitum evadit frequentatio scholarum acatholicarum. Ad talem obiectionem respondemus sequenti modo. Supposito facto impossibilitatis admissionis huiusmodi studentium in scholis catholicis, duo sunt adhuc considerata: *Primum*. Inter scholas non catholicas (abhorremus enim a nomine *non sectariae*, quod illis iniuste hodie applicatur, sunt revera *sectariae*) datur diversa gradatio in earum oppugnatione in Ecclesiam Catholicam. Sunt enim scholae in quibus *non directe* impugnantur principia verae religionis, et sunt scholae in quibus *ex professo* et *systematice* talia principia conculcantur. Nemo non videt studentes catholicos, qui in scholis catholicis recepti non fuerunt, non posse frequentare scholas *positive* acatholicas, si eis est possibilis aditus ad scholas simpliciter non catholicas. *Secundum*. Concessa pariter impossibilitate ingressus in iis scholis, neque licet adhuc frequentare scholas *positive acatholicas*, in quibus certe adest periculum proximum amittendi propriam fidem, quod non possit ullo modo in remotum converti. Ratio huius est quia in consequendo bono temporali educationis nullo modo licet bonum spirituale fidei negligere. In ordine pure temporali liberum est nobis negligere bonum superius si aliqua ratione ducti praeferimus inferius bonum. Sed quando in diversis bonis acquirendis bonum animae ingreditur, non amplius nobis licet huic aliquod bonum temporale praeferre. Recolamus illud Evangelii: "Quid prodest homini si mundum universum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur?" (Matth. XIV, 26).

Ad quaestiones igitur propositas respondemus:

- 1um. Parentes Mariae non incurrunt excommunicationem de qua in canone 2319, § 1, n. 4.
- 2um. Parentibus Mariae potest denegari administratio sacramentorum.
- 3um. Maria non est excommunicata; sed potest denegari ipsi administratio sacramentorum, quousque se transferat in aliam scholam ubi non sit periculum proximum perversionis vel quousque finiat sua studia in Schola Sancti Lucae et sincere se doleat de gravi peccato commisso.

FR. EXCELSUS GARCIA, O.P., J.C.D.
 Prof. Universitatis Sti. Thomae, Manilae

II. PRIVILEGIUM PAULINUM RELATE AD AGLIPAYANOS

Petrus et Iosepha, aglipayani, matrimonium contraxerunt in propria secta. Habent quinque filios. Iosepha, aliquantulum amentia perturbata, derelicta fuit a Petro, qui nunc baptizari desiderat ut nuptias contrahere valeat cum aliqua iuvene catholica, cum quam maritaliter vivit. Iosepha ab infirmitate restituta, interrogata fuit utrum velit denuo cohabitare cum Petro et affirmative respondit, quamvis renuit catholice baptizari. Petrus vero non vult illam recipere. Quaero:

1º Potestne in casu applicari privilegium Paulinum?

2º Casu quo non possit applicari, quid faciendum?

PAROCHUS

Quinque sunt necessaria ad privilegium Paulinum applicandum, scilicet:

1) Matrimonium legitimum; 2) receptio baptismi ab uno coniuge; 3) partis infidelis discessio; 4) interpellationes; 5) novum matrimonium coniugis baptizati. Ut patet istud matrimonium novum, a parte baptizata contractum, praesupponit existentiam quatuor conditionum praecedentium. Unde illae tantum sunt pendendae.

1) Matrimonium *legitimum*. Necesse est igitur ut matrimonium, cuius solutio quaeritur, contractum fuerit in infidelitate, id est, a partibus certe non baptizatis aut certe invalide baptizatis. Ideo hoc privilegium non habet locum neque in matrimonio duorum baptizatorum, neque in matrimonio inter partem baptizatam et partem non baptizatam inito cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus (c. 1120, § 2).

2) Receptio baptismi *validi* ab una parte tantum post matrimonium contractum. Non sufficit baptismus dubius, neque a fortiori invalidus. Si ageretur de baptismo dubio applicandum foret principium de quo in canone 1127 (Capello, *De Matrimonio*, Marietti, 1947, n. 769).

3) *Discessus* partis infidelis. Discessus habetur quando pars infidelis non vult converti, nec pacifice cohabitare sine contumelia Creatoris. Si consentiat in cohabitatione pacifica, non est locus privilegio Paulini.

4) *Interpellationes*, seu interrogationes factae parti infideli an velit ipsa converti aut saltem cohabitare sine contumelia Creatoris. Debet fieri saltem forma sumaria et extraiudiciali, nisi S. Sedes dispensationem concesserit (can. 1122). Ut pro-

cedatur ad novum matrimonium contrahendum necessaria est negativa responsio partis infidelis (can. 1123).

Ut in casu aliquo concreto recte applicetur privilegium Paulinum, videndum est utrum quatuor praedicta elementa inveniantur. Patres ipsi Conciliares hoc rogant faciendum semper: "Missionarii, antequam per usum privilegii Paulini, parti fideli novum matrimonium permittant, sedulo investigent an omnes conditiones a iure requisitae adsint. In dubio, praeter probatos auctores, ipsum Ordinarium loci aliosque peritos consulere debent" (*Acta et Decr. I Conc. Plen., n. 464*).

Primum elementum necessarium est matrimonium *legitimum*, id est contractum inter personas certe non baptizatas. Nunc quaeritur: matrimonium aglipayanorum estne matrimonium *legitimum* sensu canonico? Ad responsionem huic quaestioni dandam, videndum est prius utrum eorum baptismi administratio sit certe invalida. In decreto 297 Primi Concilii Plenarii Insularum Philippinarum sic legitur:

"Quamvis pro certo habendum sit baptisma ab aglipayanis collatum nullitatis vitio penitus laborare si Rituale sectae adhibeant, eo quod ecclesia sic dicta Aglipayana mysterium Ssmae. Trinitatis neget atque baptismum in nomine tantum Iesu administret; nihilominus in praxi, cum de factis sat raro certo constet, quotiescumque agatur de conversione aglipayanorum singuli casus accurate examinandi sunt, ad determinandum, utrum baptisma ipsis absolute aut potius conditionate administrare debeat".

Ut clare apparet, Patres Conciliares principium generale statuunt, id est, factum invaliditatis baptismi aglipayanorum, quando in eius administratione adhibitum fuit Rituale sectae, ex defectu essentiali negationis Trinitatis in forma baptismi ab ipsis adhibita. Tamen cum non semper cum certitudine constet eos baptizare secundum illud Rituale, sequitur quod aliquando contingere potest eorum baptismum esse validum. Ideo consilium datur ut fiat accurata investigatio in unoquoque casu, ad hoc ut habeatur certitudo de validitate vel invaliditate baptismi.

In particulari quaestione cum fructu consuli potest opus recenter publici iuris factum a R. P. Felice Vacas, O.P., Decano Facultatis Theologiae Universitatis Sti. Thomae, cuius titulus est "*Exposición y Crítica del Bautismo Aglipayano*". Clarissimus auctor optime explicat quomodo baptismus etiam valide administratur a quadam factione aglipayana. Unde huius ope-

ris lectio permultum iuvabit parochis ad determinandam validitatem baptismi aglipayanorum in diversis locis Insularum Philippinarum.

His praemissis, applicationem faciamus casui nobis proposito. Matrimonium Petri et Iosephae estne matrimonium legitimum sensu canonico, iuxta normam scilicet can. 1015, § 3? Nobis non constat, quia neque constat de invaliditate eorum baptismi in secta aglipayana recepti. Videndum est ergo utrum eorum baptismus fuerit valide administratus vel invalide. Si primum, eorum matrimonium, dummodo rite contractum, erit *ratum* et consequenter privilegium Paulinum non potest applicari; si alterum, eorum matrimonium erit *legitimum* et ex hoc capite privilegium haberet locum.

Videtur tamen quod, etiamsi probetur eorum baptismi invaliditas, in praesenti casu privilegium Paulinum adhuc applicari non possit. Utique supponitur quod Petrus desiderat catholice baptizari. Conferatur imprimis decretum Concilii Primi Plenarii sub numero 446, quod sic se habet:

"Infideles sive sinenses sive alii matrimonium contrahere cupientes cum catholicis, non sunt ullo modo baptizandi ob solum motivum matrimonii ineundi, nisi aliunde dispositi inveniantur ad normam praescripti decreti. 292-294..."

Praeterea, sponsi baptismus validus, quamvis necessarius, tamen non est sufficiens ad hoc privilegium obtinendum. Deest enim conditio tertia ad privilegium applicandum, nam Iosepha, sponsa, non discessit, e contra pars discedens et renuens cohabitare est ipsemet Petrus, qui vult baptizari probabiliter cum intentione tantum ineundi nuptias cum puella catholica.

Quaestionibus igitur propositis sit responsio:

- 1^a Privilegium Paulinum non potest applicari in casu;
- 2^a Suadendus est Petrus ut denuo recipiat Iosepham ad conviventiam maritalem.

FR. EXCELSUS GARCÍA, O.P., I.C.D.
Professor Univers. Sti. Thomae

III.—DE VELATIONE SPONSORUM IN BENEDICTIONE NUPTIALI EXTRA MISSAM

Cum, secundum Decreta Primi Concilii Plenar. (466, 3^o) Benedictio Nuptialis extra Missam impertiri queat atque necesse sit, quaeritur

- 1um. an intra huiusmodi benedictionis caeremonias sponsi scapulas sponsaeque caput velari liceat;
- 2um. si hoc licitum sit, quamam in parte ritus sponsi velandi sint.

FIDELIS QUIDAM

Norma Concilii Primi Plenarii, de qua mentio fit in casu, sic se habet: "Quoties matrimonium vespere, aut absque Missae celebratione contrahatur, ne omittant parochi benedictionem nuptialem sponsis impertiri, adhibita formula in appendice *De matrimonio* Ritualis Romani contenta" (No. 466, 3^o).

Iure communi benedictio nuptialis dari debet intra Missam tantum, quamvis matrimonium tempore quo Missa non celebretur fortasse contrahatur. Dicitur enim in canone 1101, § 1: "Parochus curet ut sponsi benedictionem sollemnem accipiant, quae dari eis potest etiam postquam diu vixerint in matrimonio, sed *solum in Missa*, servata speciali rubrica et excepto tempore feriato".

In Insulis Philippinis tamen Ordinarii locorum possunt virtute Facultatum Quinquennialium, a S. Sede eis concessarum, facultatem subdelegare ut sollemnis nuptiarum benedictio sponsis impertiatur extra Missam, observata tamen formula speciali a S. C. Rituum ad hoc approbata. Haec formula videri potest in appendice Ritualis Romani et venit sub titulo *Benedictio nuptialis extra Missam danda ex Apostolico indulto quando Missa non dicitur* (approbata a S.C.R. d.11 Martii, 1914).

Omnibus notum est quod hic in Insulis Philippinis forma ubique usitata usque nunc est illa ex Rituali Romano et Manuali Toletano desumpta, quae videri etiam potest in appendice Ritualis Romani et quae a Patribus Primi Concilii Plenarii praecipitur observanda, una cum caeremoniis ipsius quae aptissima sunt ad significandam indissolubilem sponsorum unionem (No. 464). Nulla igitur est ratio ab huiusmodi usu amplius quam trium saeculorum confirmato deviandi, ad quod iuvat hic affere ipsius S.C. Rituum testimonium Ordinario Guayano datum in similibus ac nostris circumstantiis.

"Rdmus. Dominus Ioseph Emmanuel Armyo Episcopus de Guayana ab hac Sacra Rituum Congregatione insequentium dubiorum declarationem supplicibus votis imploravit; nimirum:

IV. Num in sollemni Nuptiarum benedictione servandus sit ritus benedicendi arrhas et duos annulos,

prout in appendice ad Rituale Romanum in Manuali Toletano praescriptus;

V. Num idem ritus servandus sit, etiam si non sequa-Missa pro sponsis;

VI. Num consuetudo sponsi scapulas sponsaeque caput velandi in benedictione nuptiarum retinendus sit.

Sacra Congregatio..., sic rescribere rata est:

Ad IV. "*Nihil innovetur*".

Ad V. "*Affirmative*".

Ad VI. "*Affirmative*".

(*Cod. Iur. Can. Fontes*, Gasparri, vol. VIII, No. 6128)

Et revera in sacro Concilio Tridentino, ut videri potest in *ses. XXIV, Decr. de reformatione Matrimonii, cap. 3*, iam sustinebantur similes consuetudines et usus: "Si quae provinciae aliis, ultra praedictas, laudabilibus consuetudinibus et caeremoniis hac in re utuntur, *eas omnino retinere sancta Synodus vehementer optat*". In Rituali Romano, *tit. VII cap. 2, n. 6*, dicitur: "Ceterum, sicubi aliae laudabiles consuetudines et caeremoniae in celebrando Matrimonii Sacramento adhibentur, *eas convenit retineri*". Et in appendice ipsius Ritualis legitur: "...ex rubrica in Manuali posita in fine ritus celebrandi hoc Sacramentum, Concilium Tridentinum optat retineri laudabiles consuetudines et caeremonias in provinciis circa celebrationem huius Sacramenti, *quales in Manuali Toletano continentur*" (*Appendix De Sacramento Matrimonii*). In Codice ipso apparet norma similis quando praecipit hoc: "Extra casum necessitatis, in matrimonii celebratione servantur ritus in libris ritualibus ab Ecclesia probatis praescripti aut *laudabilibus consuetudinibus recepti*" (c. 1100).

Rationabiliter ergo liturgista Franciscus Stella hanc quaestionem in eius opere *Inst. Liturg., I, pag. 107*, proponit ac solvit:

"Utrum praeter ritus, quos habet Rituale Romanum, alii adhiberi licite in hoc Sacramento valeant? —*Resp. Affirmative*. Namque cum Tridentino Rituale Romanum (nos addimus et *Codex*) optat, ut, sicubi aliae laudabiles vigeant caeremoniae et consuetudines, retineantur. Utrum autem hae in locis sint necne laudabiles, nemo iudex aptior quam Episcopus loci Ordinarius, nisi eadem interpelletur S. Rituum Congregatio".

Cum ergo, ut diximus supra, in Insulis Philippinis habeatur legitima ac centenaria consuetudo peragendi illas caeremo-

nias, de quibus agitur in casu nobis proposito, non est ulla ratio a tali laudabilissima ac centenaria consuetudine recedendi. Etiam extra Missam, cum celebratio scilicet Matrimonii alio tempore peragitur, potest ea adhiberi. Factum quod aliquibus in regionibus apud nos in praesens ea non sit in usu nihil probat, imo deviatio illa a legitimo more, laudato ac a Patribus Primi Concilii Plenarii praecepto, non potest probari. Possessio centenaria vel immemorabilis inducit praesumptionem concessi privilegii (c. 63, § 2) et privilegio concesso alicui loco vel regioni renuntiare personis privatis non licet (c. 72, §). Fortasse factum quod in nova formula a S.R. Congregatione, pro benedictione danda extra Missam, approbata a. 1914 mentio non fit harum caeremoniarum, sit pro aliquibus causa laudati moris disruptionis. Considerari tamen debet talem formulam factam ac datam fuisse non pro Insulis tantum Philippinis sed pro universa Ecclesia. Consuetudines ergo legitimae particulares non revocantur, cum nulla mentio de illis fiat in praedicta formula (can. 30).

Questionibus ergo consultantis respondemus:

Ad 1um. Licet ac debet sponsi scapulas sponsaeque caput velari intra benedictionis sollemnis nuptiarum sponsis impertitae caeremonias, etiam extra Missam peractas.

Ad 2um. Iuxta usum et consuetudinem huius regionis ritus velandi sponso perficitur post benedictionem et caeremoniam arrharum et anulorum, in casu nostro durante precum formulae specialis, a S.C.R. datae pro benedictione extra Missam impertienda, recitatione.

FR. EXCELSUS GARCIA, O.P., I.C.D.
Professor Univ. Sti. Thomae

SECCION INFORMATIVA

MUNDIAL

CIUDAD DEL VATICANO. — *XIX Volumen de los Discursos y Mensajes de S.S. Pío XII.* — A principios del mes de agosto fué presentado al Santo Padre el primer ejemplar del XIX volumen de "*Discorsi et Radiomessaggi*" por El pronunciados. Se comprenden en este tomo los correspondientes al año de Pontificado que va desde el 2 de Marzo de 1957 al 1 de Marzo de 1958. Además de XVI paginas de introducción cuenta con 910 de alocuciones pontificias. Está editado por la Libreria Editrice Vaticana e impreso por la Poliglota Vaticana. Como los tomos anteriores de la colección ha de ser una mina imprescindible sobre las enseñanzas del Pastor Supremo de la Iglesia, no ya solo en la dirección de las conciencias, sino en la orientación cristiana de todos los ramos de la vida social, pública y cultural.

— *Los incidentes persecutorios en Polonia.* La prensa se ha ocupado recientemente de ciertos incidentes persecutorios contra la Iglesia en Polonia. El *Osservatore Romano* del día 8 de Agosto pasado relata ciertos detalles que se han de tener en cuenta. El 21 de Julio agentes de la Policía Estatal, sin estar provistos de mandato regular que les autorizara, se personaron vestidos de simples ciudadanos en el Monasterio de Jasna Gora, en Chestochowa, el santuario nacional por excelencia de la nación polaca, y trataron de hacer un registro en las oficinas del "Instituto del Primado." Este Instituto fundado en 1957 con el fin de divulgar las instrucciones pastorales del Cardenal Primado y demás Obispos y de publicar instrumental catequístico, es perfectamente legal y además las normas gubernamentales de 1950, 1952 y 1956 declaran a tales publicaciones no sometidas a previa censura del gobierno, entre otras razones por ser reimpresiones. Grupos de peregrinos que se hallaban presentes se opusieron a tal violencia. El Jefe pidió refuerzos y hacia las 9 de la noche con una fuerza de mas de 200 hombres abatió con un camión las puertas del monasterio, penetró, registró y se llevó varias cajas de circulares y otros. También arrestó a varias personas por causa de las refriegas que hubo entre los agentes disfrazados y los peregrinos. Las protestas de la Jerarquía no se hicieron esperar. Las acusaciones contra el Instituto son las de difundir publicaciones "ilegales". Es siempre el mismo pretexto: hacer una ley a su manera, entenderla como les conviene y acusar a la Iglesia de "ilegal".

ESPAÑA

FRAY ALBINO GONZALES, OBISPO DE CORDOBA — Anocheciendo el día 13 del corriente mes de agosto, falleció en Córdoba, tras penosa y larga enfermedad, el excelentísimo señor Obispo de aquella diócesis, doctor fray Albino González y Menéndez-Reigada.

Ha desaparecido con el Prelado cordobés una gran figura de la Iglesia española, si bien deja en marcha obras fecundas que han de continuar produciendo sus frutos, sobre todo en el terreno social, al que fray Albino dedicó afanes que tomaron principalmente forma en el Patronato de la Sagrada

Familia. Mediante éste, van construídas en Córdoba 5.000 viviendas de tipo económico, que albergan a más de 26.000 habitantes, sin haberse olvidado en las barriadas correspondientes las iglesias, casas rectorales, cines, campos deportivos, etc. La obra fué no hace mucho ofrecida al mundo por Radio Vaticana como modelo de realizaciones de acción social.

Pero no se llena con ella el cuadro de las actividades del doctor González y Menéndez-Reigada, que abarcan a variadas esferas.

Predicador elocuente. — Hijo de modestos labradores asturianos, nació fray Albino en Corias el 18 de enero de 1881, y en 1896 hizo su ingreso en la Orden dominicana, en el convento que existe en el propio lugar de su nacimiento, y en el que profesó al siguiente año de 1897. Allí estudió Humanidades Clásicas y Filosofía Tomista. Teología, más tarde, en el colegio de San Esteban, de Salamanca, y Derecho civil y Filosofía y Letras, en la Universidad de Madrid. Para ampliar estudios estuvo en Roma, Friburgo y otros centros de Suiza y Alemania.

Regresado a España, fué designado prior del convento de Santo Domingo, en Madrid, y profesor de la Academia Católica Universitaria. Por entonces se hizo popular por sus pláticas, sobre todo por las que pronunciaba en la iglesia de San Ginés. La Orden dominicana le otorgó el título de maestro en Sagrada Teología y predicador general.

En 1924 fué preconizado Obispo de La Laguna (Tenerife), la diócesis más joven de España. Creó allí nuevas parroquias, amplió el seminario, reorganizó la Acción Católica, combatió con energía y firmeza la asechanzas de las logias, muy activas por aquellos años. En 1925 tenía la diócesis 25 sacerdotes. En 1945, 117.

El 18 de febrero de 1946 fué nombrado Obispo de Córdoba, y el 9 de junio de aquel año hizo una triunfal entrada en la diócesis, que regentó hasta su muerte, y que, al ocurrir ésta, le ha demostrado con unánimes manifestaciones de sentimiento todo el cariño y filial gratitud que había acertado a ganarse entre sus diocesanos.

Escritos y colaboraciones. — El dinamismo del Prelado era incansable y fecundo. Tenía publicados gran número de folletos de tipo piadoso y de ensayos, monografías y apuntes biográficos, entre ellos sobre la bienaventurada Juana de Portugal, San Alberto Magno y Santa Margarita de Hungría. Colaboraba asiduamente en numerosos periódicos y revistas, entre ellas "Ya", de Madrid; "Córdoba", "El Español", "La Ciencia Tomista", "El Santísimo Rosario", "Voluntad", de Madrid; "Rosas y Espinas", de Valencia; "Juventud", "Vida sobre la Moral", de Salamanca; "Minerva", de La Laguna de Tenerife; "La Medicina en Canarias", "Alcala", de Madrid; "Lirios", de Vitoria; "A.C.I." de Roma; "Boletín de la Universidad de Menéndez Pelayo", de Santander; "Revue de Hispanism", de París; "Victoria", de Tenerife; "Teorías y Hechos", "Revista de Economía y Ética", de Madrid; "Reinado Social de Sagrado Corazón", de Madrid; "Congreso", órgano del

Congreso de Perfección y Apostolado, de Madrid; "Incunable", de Salamanca, etc.

Volviendo a su labor social, mencionaremos el impulso que acertó a dar a las Semanas Sociales de España en su calidad de presidente de la Junta Permanente de las mismas, y completaremos la información de su labor en la diócesis de Córdoba, señalando que, además del Patronato de la Sagrada Familia antes citado, creó el de San Alberto Magno, para fomentar la enseñanza primaria e iniciación profesional; el de Nuestra Señora de la Fuente Santa, para la recogida y amparo de niños desprovistos de apoyo, y el Patronato Social Obrero, que consta de varias obras sociales, entre ellas de la ayuda a los inválidos.

Fray Albino estaba en posesión de la cruz del Mérito Civil, gran cruz de Beneficencia y gran cruz meritísima de San Raimundo de Peñafort. Era académico de la Real Y Pontificia Academia de Lérida, y entre otros títulos ostentaba los de Asistente al Solio Pontificio y Predicador de honor de la Universidad de Salamanca. (De Ecclesia, 1958 p. (667))

FILIPINAS

MANILA. — *VI Convención Nacional de la Asociación Católica de Educación de Filipinas.* — Del día 13 al 16 de Agosto de 1958 se celebró en Manila la Sexta Convención Nacional de la Asociación Católica de Educación de Filipinas a la que asistieron mas de dos mil delegados y observadores de 567 instituciones educacionales de la nación miembros de la Asociación. Las sesiones tanto generales como particulares de las diversas secciones se tuvieron en los edificios de la Universidad de Santo Tomás, la Universidad Católica de Filipinas. A la ceremonia de la Apertura Solemne tenida en el Gimnasio asistieron además de S. E. el Presidente de Filipinas D. Carlos P. Garcia, a quien rindió honores el Batallón Modelo de la Universidad, los Excmos. Srs. D. Rufino Santos, Arzobispo de Manila; D. Manuel Yap, Obispo de Bacolod; D. Guillermo Brasseur, Vicario Apostólico de la Montañosa; Msgr. Amelio Poggi, Interino de la Nunciatura Apostólica; el Muy R.P. Jesús Castañón, O.P. Rector Magnifico de la Universidad de Santo Tomás; el Decano D. Felicísimo J. Ledesma, Presidente de la Asociación. En ella despues de la invocación hecha por el Sr. Obispo de Bacolod; leyó el Mensaje de Santo Padre el Sr. Arzobispo de Manila; explicó la razón del tema general de la conferencia "La Educación Católica y la Constitución Filipina" el presidente de la Asociación D. Feliciano Ledesma; recordó los principios católicos que rigen la misión educadora el Sr. Arzobispo Auxiliar de Nueva Segovia S.P., D. Juan C. Sison; e, introducido por el R.P. Anselmo Bustos, S.V.D., hizo uso de la Palabra el Presidente de la República para poner de manifiesto lo mucho que en el pasado recibió y espera en el futuro la Nación de los educadores católicos con cuyos principios la Constitución y la administración se hallan felizmente de acuerdo, como lo mostró haciendo un recorrido por los puntos del programa que había trazado en el discurso de

inauguración como Presidente de Filipinas. Las siguientes sesiones plenarias tuvieron por temas respectivos: 1a. Regulación y Supervisión de las Escuelas Privadas; 2a. Desarrollo del carácter moral y de la disciplina personal; y 3a. Eficiencia Vocacional, Conciencia cívica y la enseñanza de los deberes de ciudadanía. Entre las secciones particulares: Escuelas Elementales, "High School" de Chicos, "High School" de Chicas, y Universidades, había una sección de Seminarios, que tuvo sus sesiones en el Aula Magna de la Facultad de Teología y la Dirección Espiritual de los Seminaristas. Después de la lectura de las resoluciones y su aprobación en la Sesión de clausura que presidió el Muy. R.P. Ciriaco Pedrosa, Vice-Rector de la Universidad de Santo Tomás, se cerró la Convención con la Solemne Bendición de S.D.M. en la iglesia de la Universidad por el Sr. Arzobispo de Manila D. Rufino J. Santos y después de la cual dirigió una bella allocución a los delegados el Muy R.P. Mariano Gaviola, Secretario de la Comisión Episcopal de Educación e Instrucción Religiosa. Durante los días de la Convención tuvo lugar en los mismos locales de la Universidad una Exposición Educacional, que fué inaugurada con la Bendición del Arzobispo de Manila y abierta por la Excm. Sra. Dña. Leonila D. de García, Esposa del Presidente de la República, y a la que concurrieron varias instituciones editoriales y comerciales. LAS CONCLUSIONES DE LA CONVENCION SERAN PUBLICADAS ULTERIORMENTE POR EL BOLETIN.

—*El Rmo. P. Wilfredo Ma. Rojo, O.S.B., Tercer Abad de la Abadía de Monserrat de Manila.* En la mañana del 8 de Septiembre festividad de la Natividad de Ntra. Señora fué bendecido el Rmo. P. Wilfredo Ma. Rojo, O.S.B., como tercer Abad de la Abadía de Ntra. Sra. de Monserrat de Manila. Ofició en la ceremonia el Sr. Arzobispo de Manila, D. Rufino Santos, asistido por Mons. Emilio Cinense, Obispo de San Fernando, y Mons. Hernando Antiporda, Auxiliar de Manila. El nuevo, Abad, que había sido anteriormente Prior de la misma abadía desde 1939 a 1941 y rector del Colegio anejo de San Beda desde 1952 hasta 1957, nació el 13 de Febrero de 1908 en Villapur de Herreros (Burgos) en España. Entró en la Orden Benedictina, como postulante el 1920 y como novicio en 1923. En 1931 llegó a Filipinas donde fué ordenado de Sacerdote.

—*NUEVA CACERES.*—*Celebración del Centenario de Lourdes y del XX Aniversario de la Consagración Episcopal del Arzobispo.* Una feliz idea tomó ocasión de la coincidencia del Centenario de las Apariciones de Lourdes con el XX Aniversario de la Consagración Episcopal de Mons. Pedro P. Santos, Arzobispo de Nueva Cáceres para uniendo ambas festividades dar un vigoroso impulso a la renovación de la vida católica en la archidiócesis. Las series de retiros, horas católicas, conferencias, reuniones, sesiones catequísticas, revalidaciones de matrimonios etc. tuvieron lugar en cada una de las parroquias como preparación para la fiesta central que tuvo lugar el día 15 de Agosto próximo pasado. Centro de todas las solemnidades fueron los festejos de la tarde. Entre las doce del medio día y las tres de la tarde se re-

unieron las delegaciones venidas de toda la archidiócesis y el público en los explanadas del Seminario. Desde allí la procesión siguió hasta la Catedral donde Mon. Pedro P. Santos, celebró una Misa Solemne Pontifical, que cantó un coro formado por alumnos de las escuelas católicas bajo la dirección del Muy R.P. Porfirio Iligan, y durante la cual predicó un hermoso sermón del Muy Ilte. Msgr. Pedro Lanuza, Vicario Foraneo y Párroco de Iriga. Durante el Programa Literario-Musical tenido en el gimnasio del Ateneo de Naga, que siguió al Banquete de Honor, se hizo la presentación del "Libro Archidiocesano" al Sr. Arzobispo. Este libro compilado con motivo de estas fiestas es un verdadero acierto. Profusamente ilustrado ofrece una bella colección de fotografías del personal y de los edificios sagrados de toda la archidiócesis. Contiene además, esto es digno de especialísima mención, la historia en compendio pero completa de todas y cada una de las parroquias. Las felicitaciones que en las páginas respectivas presentan las diversas asociaciones archidiocesanas van también acompañadas de hermosas fotografías. El Sr. Arzobispo D. Pedro P. Santos nacido en Mitla, Porac, Pampanga, fué ordenado sacerdote en Manila en 1913; consagrado Obispo de Nueva Cáceres en 15 de Agosto de 1938 y, al ser elevada la diócesis a Arzobispado, elevado a la dignidad arzobispal en 29 de Junio de 1951.